

1072, agost, 17

*Otó Oliba i el seu germà Bofill fan donació a Sant Daniel d'un alou de cinc sesterades, situat al comtat de Girona, als termes de Casaliaco, Susiriaco, Llofriu i Santa Coloma <de Fitor>.*

ASD núm. 11, perg. orig., 155 x 275 mm.

In Christi nomine, ego Oto Olibani et Bonifilii fratres uenditores sumus Deo et Sancti Danielis cenobii puellarum Gallicantu. Per hanc scripturam donacionis nostre donamus ad prelibatum <cenobium> Sancti Danielis ipsum nostrum alodium cultum et erenum simulque ipsa uinea qui ibi est edificata, sive cum omnibus arbores qui in eodem loco sunt, fructuosis et infructuosis, et sunt sesterades .VI. a dextro de alnas .vrr. legitimas cum uncias maiores et medium pede. Est hec omnia in comitatu Ierundensi, sive in terminio Casaliaco et Susiriaco et Lubridiaco et Sancte Columbe, in loco que dicunt ad ipsos Crosals. Et aduenit nobis prescripta omnia per uocem comparacionis nostre aut per qualescumque uoces. Afrontat autem predicta omnia a parte orientis in uinea de nos prescriptis(sic) dona tores, de meridie in uinea de Belecia fémina et de suis heredibus, de occiduo in ipso rio qui inde discurrit, de circi uero in campo que dicunt de Nefridi. Quantum <h>e totas afrontaciones includunt et resonant, sic donamus prephatum alodium ad prelibatum Sancti Danielis totum ab integrum, cum exiis et regressiis earum, cum fines et terminis et cum omnibus earum afrontacionibus et est manif<estum>. Quem vero predicta omnia de nostra iure in potestate Sancti Danielis tradimus simulque abatisse eiusdem loci et congregacione eius ad omnia facere quod uoluerint. Quod si nos prescriptis(sic) dona tores aut ullus orno uel femina qui contra hanc scripturam donacionis uenerimus aut uenerint pro irrumpendum, non hoc ualeant uel ualeamus uindicare quod requisierimus, set componant aut componamus ad prelibatum Sancti Danielis et ad congregacione eius, et prescriptum alodium in dupla cum omni sua melioracione, et inantea hanc scripturam donacionis firmam et stabilem permaneat omniue tempore.

Facta ista scriptura donacionis .xvi. kalendas septembbris anno .x11. regni Philipi regis.

Sig+num Oto Olibani, sig+num Bonifilius, nos simul in unum ista scriptura donacionis fieri iussimus et firmauimus et testibus firmare rogauimus. Sig+num Martinus Guifredi. Sig+num Guifre Guifredi. Sig+num Guilielmus Seger.

(*s. man.*) Arnallus presbiter qui hanc scripturam donacionis rogatus scripsi, cum litteris rasis in linea prima, suprapositis in quarta, sub die et sss anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 78-79